ARQUIVO DA UNIVERSIDADE

COLÉGIO DA COMPANHIA DE JESUS
E
UNIVERSIDADE DE ÉVORA

1549

Confirmação de Luís de Melo mestre escola da Sé de Évora.Posse no verso,em 1550.Assinatura do cardeal infante arcebispo.Os bispos de Targa e Calé eram do Cabido.Selo na sua capa.

Gav. 5-B - Maço 1 - N.º 8

PAULUS Episcopus servus servorum dei Dilecto filio ...ndemco de Nelle Scholastico ecclesie Elboren. Salutem et apostolicam benedictionem. Vite ac morum
honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem
omnes dignitates ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura apud sedem apostolicam tunc vacantia et inantea vacatura collationi et dispositioni nostre reservavimus Decernentes ex
extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum Scholastria ecclesie Elboren. per liberam
resignationem dilecti filii Juliani Dalua Electi Portalegren. de illa quam tunc ex dispensatione apostolica obtinebat in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem
predictam vacaverit et vacet ad presens. Nullusque de illa preter nos hac vice disponere potuerit sive possit reservatione et decreto obsistentibus supradictis. Nos tibi premissorum
meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes Teque a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure
vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et
absolutum fore censentes. Necnon omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura que etiam ex quibusvis dispensationibus apostolicis obtines et expectas ac in quibus
et ad que ius tibi quomodolibet competit quecunque quotcunque et qualiacunque sint eorumque fructuum reddituum et proventuum veros annuos valores ac huiusmodi dispensationum tenores
presentibus pro expressis habentes Scholastriam predictam que in dicta ecclesia dignitas non tamen post pontificalem maior existit ac cuius et illi forsan annexorum fructus
redditus et proventus viginti quatuor ducatorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum ut asseris non excedunt sive premisso sive
alias quovismodo aut ex alterius cuiuscunque persona seu per similem resignationem dicti Juliani Electi vel cuiusvis alterius de illa in Romana Curia vel extra eam
etiam coram Notario publico et testibus sponte factam aut constitutionem felicis recordationis Johannis pp. xxii predecessoris nostri que incipit Execrabilis vel assecutionem
alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranen. statuta concilii ad sedem eandem legitime
devoluta ipsaque Scholastria dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservata existat et ad illam consueverit quis per electionem assumi eique cura etiam iurisdictionalis
immineat animarum super ea quoque inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa Dummodo eius dispositio ad nos hac vice
pertineat cum annexis huiusmodi ac omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa etiam providemus Decernentes prout est irritum et
inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel imposterum contigerit attemptari. Non obstantibus
pie memorie Bonifacii pp. viii etiam predecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus ac dicte ecclesie iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis
statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus ipsius ecclesie speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis
in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet
sit processum quibus omnibus te in assecutione dicte Scholastrie volumus anteferri sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum vel beneficiorum aliorum
preiudicium generari Seu si venerabili fratri nostro Archiepiscopo et dilectis filiis Capitulo Elboren. vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum
quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint Quodque de dignitatibus ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum
collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non
facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam
presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio
specialis Seu si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie solitum iuramentum Dummodo in absentia tua per procuratorem idoneum
et cum ad ecclesiam ipsam accesseris corporaliter illud prestes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis collationis provisionis decreti et voluntatis
infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.
Dat. Civitatis Castellan. Anno incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quadragesimo nono Quinto Kl. Octobris Pontificatus nostri Anno Quintodecimo.

AE

Mar

V
X
M. Crmyn
B. Jorit

Exp^ta quinto idus novembris anno decimo sexto
B. Melchiorius

L. Milanensius
Jo. Ang. Cuccini
J. Zone

C. Sagarriga
Jo. [illegible]

exp^ta [illegible] Ac. Max^ts

[illegible] xxtilis

PAULUS EPISCOPUS servus servorum dei Dilecto filio Roderico de Mello Scholastico ecclesie Elboren. Salutem et apostolicam benedictionem. Vite ac morum
honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem
omnes dignitates ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura apud sedem apostolicam tunc vacantia et inantea vacatura collationi et dispositioni nostre reservavimus Decernentes
extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum Scholastria ecclesie Elboren. per liberam
resignationem dilecti filii Iuliani Dalua Electi Portalegren. de illa quam tunc ex dispensatione apostolica obtinebat in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem A
predictam vacaverit et vacet ad presens Nullusque de illa preter nos hac vice disponere potuerit sive possit reservatione et decreto obsistentibus supradictis. Nos tibi premissorum
meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes Teque a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure
vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et
absolutum fore censentes Necnon omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura que etiam ex quibusvis dispensationibus apostolicis obtines et expectas ac in quibus
et ad que ius tibi quomodolibet competit quecumque quotcumque et qualiacumque sint eorumque fructuum reddituum et proventuum veros annuos valores ac huiusmodi dispensationum tenores
presentibus pro expressis habentes Scholastriam predictam que in dicta ecclesia dignitas non tamen post pontificalem maior existit ac cuius et illi forsan annexorum fructus
redditus et proventus viginti quatuor Ducatorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum ut asseris non excedunt sive premisso sive
alias quovismodo aut ex alterius cuiuscumque persona seu per similem resignationem dicti Iuliani Electi vel cuiusvis alterius de illa in Romana Curia vel extra eam
etiam coram Notario publico et testibus sponte factam aut constitutionem felicis recordationis Iohannis pape xxii predecessoris nostri que incipit Execrabilis vel assecutionem
alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranen. statuta concilii ad sedem eandem legitime
devoluta ipsaque Scholastria dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservata existat et ad illam consueverit quis per electionem assumi eique cura etiam iurisdictionalis
immineat animarum super ea quoque inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa dummodo eius dispositio ad nos hac vice
pertineat cum annexis huiusmodi ac omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illa etiam providemus Decernentes prout est irritum et
inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel imposterum contigerit attemptari Non obstantibus
pie memorie Bonifacii pape viii etiam predecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus ac dicte ecclesie iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis
statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus ipsius ecclesie speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis
in illis partibus generales dicte sedis vel Legatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet
sit processum quibus omnibus te in assecutione dicte Scholastrie volumus anteferri sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum vel beneficiorum aliorum
preiudicium generari Seu si venerabili fratri nostro Archiepiscopo et dilectis filiis Capitulo Elboren. vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum
quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint Quodque de dignitatibus ipsius ecclesie vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum
collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non
facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam
presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio
specialis Seu si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus dicte ecclesie solitum iuramentum dummodo in absentia tua per procuratorem idoneum
et cum ad ecclesiam ipsam accesseris corporaliter illud prestes Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis collationis provisionis decreti et voluntatis
infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum
Dat. Civitatis Castellan. Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quadragesimo nono Quinto Id. Octobris Pontificatus nostri Anno Quintodecimo

Io. Drouet

Anno incar. D M D XXXviij die septima Novembris

[illegible] Joannis Electus [illegible] Balthasarem [illegible] provincia

[illegible] Const. [illegible] Estbray [illegible]

Pto. Bapta. Doria Fo. Pelletier

Nos o cardeal Ifante arcebispo devora etc. fazemos saber a vos que este nosso alvara virem que nos vimos esta bulla atras conteuda do santo padre e por ello que mandamos que se cumpra inteiramente como se nella conthem. Joham de Sande o fez em Evora [illegible] dias de mayo de 1558

O Cardeal Ifante

In nomine domini amen saibam quantos este publico instromento de auto de posse dado em autentica forma virem que no anno do nacimento de nosso Senhor Jhesu Christo de mil quinhentos e cincoenta annos [illegible] aos [illegible] dias do mes de mayo, dentro em a casa do cabido da see desta cidade deuora sendo presentes juntos em cabido chamados os muito Reverendos senhores [illegible] pedro de miranda adayão [illegible] Santos [illegible] dom [illegible] thesoureiro gomes [illegible] doutor [illegible] pº mergalho [illegible] de Sande [illegible] gonçalo pinto [illegible] todas dignidades [illegible]

[illegible]

De la Fe [illegible]

Philippe

[illegible] promissione [illegible] Coll. [illegible]

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
inch 1 2 3 4 5 6 7 8
cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
IMAGO PHOTOGRAPHIC
COLOUR AND MONOCHROME SEPARATION GUIDE
BLUE
CYAN
GREEN
YELLOW
RED
MAGENTA
WHITE
3/COLOUR
BLACK

PAVLVS
PAPA
III